

pulos sub me: liberator meus de inimicis
meis iracundis.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me:
a viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus
domine: et nomen tuum psalmum dicam.

Magnificans salutem regis eius: et fa-
ciens misericordiam christo suo dauid: et semini eius
usque in seculum. *psalmus dauid.*

Qui enarrant gloriam dei: et opera
manuum eius annuntiat firmitatem.

Dies diei erudat uerbum: et
nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquela neque sermones: quo-
rum non audiantur uoces eorum.

In omnem terram exiit sonus eorum: